



ABRAHAMI BERKELII
 E M E N D A T I O N E S
 IN
 ANTONINI LIBERALIS
 Metamorphoses.

FAbul. I. p. 192. Κυδίππην Ἀκόντιος ἐξηπάτησεν.)
 Fabula de Acontio & Cydippe est notissima.
 Vide Ouidii Heroid. Epist. IX.

P 194. Σῶμα κομίσαντες ἔφερον.) In tam terso
 nitidoque scriptore tautologia non est ferenda:
 nam inter κομίζειν & φέρειν manifestam significa-
 tionis differentiam non conspicio: sine dubio,
 vnica mutata litera, scribendum est: καὶ τὸ μὲν
 σῶμα κομήσαντες, ἔφερον. vel κοσμήσαντες; puto
 enim τὸ κομῆν & κοσμεῖν hic eandem fortiri si-
 gnificationem. Solebant ex vetere ritu, omni-
 genis floribus diuersoque cultu defunctorum
 corpora exornare. Innumera huius ritus exem-
 pla in medium possent adduci, sed notiora sunt,
 quam quod ex aliis repeti debeant.

Ibid. Πελοιάς ἐξέπη.) Obiter tangit hanc fa-
 bulam Ouidius lib. VII. Metam.

*Transit & antiquae Carthæia moenia Cææ,
 Quæ*